

An Advertisement necessary to be given to the Readers of the Latin Version, made by Mr. Sterpin at Copenhagen, of the Philosophical Transactions of A.1669; printed at Franckfurt on the Main by Dan. Pauli, A.1671.

This Advertisement relating chiefly to Forrain Readers, it was thought more proper to deliver it in *Latin*, than *English*; viz.

CUM nuper incideret Transactionum, ut vocant, Philosophicarum Authr Anglicus in earum Versionem, quæ A.1669. sermone Anglico edita fuerant, deprehenderet quæ innumera inibi occurrere, tam à Scriptoris sensu, quam à Latini sermonis genio, nec non ab ipso Decoro nimium abludentia, utique cobibere se non potuit, quin extraneum imprimis Lectorem moneret, quam maximè ab hac Versione ipsi esse cavendum.

Ne autem gratis hoc dici Lector candidus existimet, pauca ex per-multis in versione dicta commissis erroribus & vitiis enormibus specimina hæc sistam, ut exinde judicare quilibet de cæteris possit.

Principiò, Indecorum omninò videri possit, Titulum illum Anglicum, qui primariæ Nobilitatis Viris, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus, apud Anglos debetur, vocibus *My Lord and your Lordship* expressus, Latine ab hoc Traductore reddi vocabulis, *Mi Domine, & Dominatio tua*; quod familiare præ se fert alloquium paris ad parem. Id verò in Versione *Dedicationis*, Reverendissimo Episcopo *Salisburiensi* adscriptæ, perquam insultè factum.

Deinde, Versionis hujus initium perperam ibi factum, ubi Responsiones habentur ad complura *Quæsitæ*, nec tamen *Quæsitæ* illa in parte Latine versa comparent.

Insuper, operarum Typographicarum Corrector complura pessimè punctata, in veri sensûs fraudem, & immane Lectoris tædium, dimisit,

Adhæc ne insistant recensendis innumeris dictionibus planè ineptis, quales sunt primo in *Dedicatione*; *scintillis vitam dare*, pro, *scintillas suscitare*; it. *apparitiones*, pro, *phenomena*; it. *distancia*, pro, *discrimen*; it. *rectam lineam strictius sequi*, pro, *semitam rectam oculis irretortis calcare*; Deinde, in ipso Opere, ut, p.4. l.12. *stirpes majoris fame*, pro, *celebriores*; it p.5.l.22. *in contemptum plurimum medicaminum*, pro, *multis medicaminibus nequicquam adhibitis*; it. p.6.l.13 *succi aceruo*, pro, *succi penu*, p.9.l.5. *vividum arboris incipere cernere licet*, pro, *arborem excrecere vigorem suum videbis*, p.13.l.10. *corrosionem*, pro, *decorticationem*, p.17.l.24 *pericula*, pro, *experimenta*, p.19. l.17. *hi tractatus*, pro, *he pagelle*, ib l.23. *conferentiâ*, pro, *colloquio*, p.20. l.12. *merfor*, pro, *urinator*, ib l.15. *meum spiritum exire inhibui*, pro, *hæsitum meum inhibui*, ib.l.21. *campore similans*, pro, *caphuram referens*, ib.l.22. *alembico operis*, pro, *in alembico distillatis*, p.22.l.1. *si quid vobis in oculis cadat, occæbimini*, pro, *si quid forte oculis illabatur, cæcitatem inducet*, ib.l.23. *comitata fuerunt*, passivè posuit, cum pueri norint esse deponens, p.22.l.15. *ut præcipit*, pro, *præcipit*, p.32.l.17. *complectuntur*, posuit passivè, cum sit deponens; *obvia erant verba, comprehenduntur, continentur*, p.34 l.20. *ut potest*, pro, *possit*, ib.l.23. *de quo sui ipsius verba vobis respondebimus*, pro, *cui ipsiusmet verbis ita respondemus*, p.36. l.13. *subleuat*, pro, *solvit*, p.38.l.24. *additionis subtractionis*, pro, *additionem, subtractionem*, p.39. l.3. *rectis lineis figurarum*, pro, *figurarum rectilinearum*, ib l.21. *suis habitantibus*, pro, *ipsis incolis*, p.40 l.14. *largitudo*, pro, *amplitudo*, p.41 l.6. *oculo in uno polorum constante*, pro, *oculo posito in uno polorum*, ib.l.15. *colura*, pro, *soluræ*,

coluri, ib. l. 18. circuli, pro, circularum, p. 42. meram mutationem committens, pro, admittà duntaxat mutatione, p. 48. l. 5. Job. Wallem methodum agnoscentem ac utentem, pro, Job. Wallisium, methodum agnoscentem, eaque utentem, p. 49. l. 14. excussum pro, excusum, p. 52. l. 15. theorematum 3, pro, theoremata tria exhibet, ostendens proportionem, &c.

Sed, inquam, ne his & Sexcentis aliis (modestè loquor) solæcis & barbaris immerer, pergo notare paucissima ex innumeris, quæ sensum ipsum vel perturbant vel omninò convellunt; idque duntaxat in *Num.* primo hujus Versionis; qualia sunt: Pag. 5. l. 23. omne, gummi applicato pruni, in aceto dissoluto; sensus est, malum omne, prunorum applicato gummi, eoq; in aceto dissoluto, sanatum fuit. p. 10. l. 10. magis, pro, diutius. p. 11. l. 14, 15. æquinoctium, pro, Solstitium, ib. l. 19. in punctis ligni circuli, sensus est, in punctatis trunci circuli, p. 12. l. 26 post voc. involucri, omiſſa sunt verba usque ad ipsissimum lignum solidum, p. 13. l. 4. post voc. cortice, omiſſum, circumcirca, p. 14. l. 8. visco, pro, tilia, ib. l. 25. ascendente, pro, descendente, ead. lin. vel carmen pulpamve, pro, pulpam vel tegmen, p. 15. l. 21. sciendo exiguum vimen recens natum, medulla in aliquib. ramulis, & per hoc aliis ejusdem magnitudinis; sensus est, in nuce observatio institui potest, tenellos quosdam ramulos ad ipsam usque medullam secando, nonnullos verò alios, ejusdem magnitudinis per medullam ipsam transadigendo, ib. l. ult. alius quantitati, pro, alterius, p. 17. l. 1. & 9. fraxinus, pro, populus alb.: Anglicum *Alh* & *Alps* idem sonabant nostro Traductori, p. 22. l. 3. accepit adjectivum theetung pro nomine proprio, quod reddendum erat, prædatrix, p. 29. l. 16, 17. lege, à se & altero illo mathematico coram dicta Soc. factis confirmaverit; sensus alioqui non apparet, p. 36. l. 5. eadem Eclipsis, pro, ejusmodi, p. 37. l. 21. Letwardum, pro, Sethum Wardum, p. 39. l. 22. libris, pro, infantibus, p. 49. l. 26. aliquâ, pro, quavis, p. 50. l. 13. cujus altit. est periphæria, vel à centro ejus gravitate descripta; sensus est, Cujus altit. est periphæria à gravitatis ipsius centro descripta, p. 51. l. 14. prominentiam, pro, unguam, ib. l. 17. spiram, pro, fûsum, ib. l. 18. avem, pro, basin, ib. l. 19. esse sicut basin est ad $\frac{1}{2}$ axis, pro, sicut basis parabole est ad $\frac{1}{2}$ axis, ib. l. 20. parabolam æqualem habere proportionem circulo circa suam basin ut diametro, descripto, ac parabole ejusdem circuli axis circumferentiæ habet, cujus rad. equalis est centro gravitatis ab axi semi-parabola: Quis mortalium ex his verbis sensum exculperet, qui in Anglico huc redit; Prop. 29 tradit author, parabolam, eam habere proportionem ad circumferentiam descriptam circa basin seu diametrum, quam habet axis parabole ad circumferentiam circuli, cujus radius equalis est distantie centri gravitatis semi-parabole ab axe, p. 52. l. 12. eminentias, pro, unguis, ib. l. 17. inquirendo, pro, requirendo.

Piget omninò, plura consuetari; finem quippe vix invenirem: Ea enim, quæ dispunxi, menda & vitia nonnisi pauca sunt ex permultis solius *Numeri* I. Devorare hoc tædium cogebat, ut constaret Lectori, quid de Versione tota esset expectandû. Si ipse forsan interpret stricturas hæc in malam partem accipiat, memorem eum esse velim dicti: *Quicquid cogit, excusat.*

Inspecto dehinc No. 45, ubi describitur instrumentum Opticum Dn. *Wrenni*, nec non Observatio Saturni facta à D. *Hugenio* & D. *Picardo*, versionem utriusque argumenti per-ridiculam deprehendi, &c.

ERRATA in this number. p. 2248. l. 7. r. su d for said, ib. l. 29. r. the Fraction $\frac{4}{1}$ twice, p. 2249. l. 2. r. 204. $\frac{4}{3}$ which, p. 2250. l. 7. r. three for four, $\frac{1}{4}$ p. 2260. l. 5. del. the. $\frac{1}{4}$